Lesniowski, et Anna de Kurozwęki Kozłowska, Coniugum legitimorum, vel eorum posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliensis extunc vice sub suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem vltra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac dilationem[?] prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia per rescripta simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventionesque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac vice per personalem Recognitionem ad ista omnia mediante.

Kopystynski Vniatyckiemu Donat et Contem statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Alexander Kopystynski olim Generosi Theodori Kopystynski filius, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo.

endo palam, libere, publice; ac per expressum recognouit. Qua
ipse nomine Gnosi Theodori Iasienicka olim Gnosi Iordan Iasienicki cum
olim Gnosa Theodora Sulatycka Consorte eius legitima procreati filij sui
vero Recognoscentis Consortis legitimae prolis, rati habitione caueat ac
se praesentibus inscripsit nomine, bona eiusdem Gnosae Consortis suae
propria et haereditaria infrascripta, Videlicet duas Medias Quartas
Agrorum, vnam Iwachowska dictam inter metas ex vna nobilis Fe
dor Popiel Leskowicz ex altera vero parte Nobilis Iwan Vniatycki Han
ozak, alteram vero Hrybowska dictam inter metas ex vna Gnosi Kro-
piwnicka ex altera vero parte Nobilis Fedor Sandrowski, Necnon Ledzien
od Dybrowy, inter metas ex vna Nobilis Mathiae Popiel ex altera vero
parte olim Nobilis Petri Sandrowski per se Recognoscentem solum
met a Nobili Roman Vniski Ordycz Iure ac titulo Donatorio per
petuoque haereditatis acquisitam in bonis Villae Vniatycze Terrae et di-
strictus praesenti Praemisliensi iacentes et consistentes cum omni praemis-
sorum Iure, Dominio proprietate et haereditate titulo haereditario, cumque
omnibus et singulis bonorum eorundem vtilitatibus, fructibus prouen
tibus, redditibus, Commodis, emolumentis, obuentionibus, terris agris,
fundis et pratis ad easdem sortes pertinentibus, attinentijsque et
pertinentiis generaliter vniuersis, nihil ex praemissis, Iuris dominij, pro-
prietatis, haereditatis, ac cuiquis competentiae et praerogatiuae prose Re-
cognoscente suisque successoribus, aut quopiam alio reseruando seu
excipiendo, verum prout eadem bona praemissaque omnia ipsemet Re-
cognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem
legitime seruiebant, tam ex nunc et de facto Gnoso Stanislao Vnia
tycki Dominisque eiusque posteris, dedit, donauit, inscripsit et resigna
uit, prout dat, donat, inscribit et resignat, perpetuo et in Aeuum.
In quos quidem bona suprascripta praemissaque omnia praesentes perte Re-
cognoscentem donata, is idem suprascriptus Recognoscens Gnosus
Alexander Kopystynski, praefato Donatario suo et eius posteris
iam

ciam exnunc et defacto coram officio praesenti dat et admitti realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque volueris Officiose acceptandam. Per ipsum Generosum Stanislaum Vnickyeki Dimitrowicz Donatarium suum et ipsius Successores haec eadem bona praemissaque omnia praesentem donata cum vniuersis praemissorum vtilitatibus et vsufructibus, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice vtifruendi, ac ad suos suorumque successorum, quouis beneplacitos vsus fructus libere et effectuali conuertendum, modo et Iure haereditario. Deberque et tenebitur memoratus Recognoscens, Generosus Kopystynski prout se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusuis pecuniarum habitis et habendis praefato Generoso Vnickyeki Donatario suo et eius posteris inscribit et obligat praesentem, ipsum et eius successores, in dictis bonis, praemissisque omnibus praesentem resignatis, ab omni et quauis impetitione Iuridica, quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis, status et sexus Cuiusuis existentium exonerunda in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam terrestris spectat et pertinet praescriptionem, defendere, euincere, intercedere, et eliberare, indemnemque eum praesentis reddere nec non haec eadem bona, praemissaque omnia praesentem resignata, ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem bona, praemissaque omnia, praesentem modo praemisso inscripta cuiuis personarum modo quouis factis et faciendis. Tum etiam a quibusuis Citationibus in eadem bona praemissaque omnia praesentem donata importatis et importandis, Luitis denique et Perluitis, Processibusque Iuris quibusuis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quouis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis perductis et perducendis emundare, et eliberare, mundaque et libera semper

facere

facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti
admissam in fundo bonorum praefatorum praedict. Donatariis dictis
per Ministerialem et Nobiles duos efficaciter requireretur non denegare,
imo debebit et tenebitur eand. libere dare, et effectualiter admitte-
re, dataq. et admissa eadem Possessionem et usumfructum praemissorum
omnium quovis modo tam per se, quam per suas quasvis sub
missas et Subordinatas personas non praepedire, nec adimere,
ipsumq. Donatarium suum et eius Posteros in praemissis omnibus,
nullo modo iniuriari, ita ut eadem bona praesen. resignata cum
Universis eorum Utilitatibus, et usufructibus, idem Donatarius
suus cum suis posteris quiete et pacifice praesen. Inscriptionis Dona-
tariis vigore tenere, habere, et possidere queat, illisq. usufrui possit
perpetuis et aeternis temporibus. Idq. sub Damnis Terrestribus
simpliciter absq. corporali Juramento ~~[illegible]~~ per eundem Re-
cognoscen. vel eius posteros suprascripto ~~Gnoso~~ Unitylio Donatario suo
aut illius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulo-
rum, tam in parte quam in toto, toties quoties quo fiend. ad solvend. suc-
cumbendis. Nihilominus is idem Recognoscens Gnosus Alexander Kopy-
tynski se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus
summisq. pecun. quibusvis habitis et haben. suprascripto Gnoso Unit-
tylio eiusq. posteris inscribit et obligat praesentibus suprascriptam se-
norum Theodoram Jasienicka Consortem suam cum assistentia per-
sonali sui Recognoscentis et duorum amicorum de Linea paterna
et materna proximiorum ad approbandam per ipsos Inscriptionem
praesentem Donatoriam vel similem suo pro Interesse faciendam
ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia vel
in eventu mortis successores illorum intra Decursum Duodecem septi-
manarum adducere et personaliter statuere, nec non ad consentien-
dum super Inscriptionem praesentem Donatoriam, ab eaq. vel eius
successoribus ut praemissa debite exequantur efficere, Idq. sub simi-
libus

libus damnis Terrestribus simpliciter absq[ue] corporali Juramento taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem sive eius posteros su-
per ipso Gnoso Stanislao Vniatyski vel eius successoribus ob non
statuitionem eiusdem Consortii sui et amicorum de Linea paterna
et materna proximiorum ad exequenda praemissa statuendorum vel
in eventu Mortis successorem illius, pro tempore et loco superius
expressis ad soluendum succumbendis. Proquibus quidem damnis
Terrestribus simpliciter absq[ue] corporali Juramento taxandis et e-
dicendis modo praemisso ad soluendum succubitis praefata vero Conser-
te amicis de Linea paterna et materna non statutis statuendis
ac pro re aliqua principali, ex praemissis non completa complen-
da Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Alexander
Kopystynski sive eius successores, Ad Instantiam praefati Gnosi
Stanislai Vniatyski Dmitrowicz, vel eius posterorum, ad Officium
praesens Castrense Capitaneale Premislien[se], extunc recessu supraseriori
quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citatio-
nis Termino, tanquam peremptorio stare, Juri parere, responde-
re, Damna praedicta Terrestria simpliciter absq[ue] corporali Jura-
mento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudica-
tum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praeter Illum Terminum primum
peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causa
eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate, pro-
maiori, Minorennitate successorum, Legatione intra vel extra
Regnum servicio militari, ad munimenta ad Cuichtorem, vel
alijs quibusuis Dilationibus ac legalibus impedimentis non diffe-
rendo. Ad Quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati
Castren[sis] Capitanealis Premislien[sis] Terminos, Dilationem sibi non re-
cipiendo, nullasq[ue] motiones, appellationes, ac earum prosecutio-
nes

nec faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicitus vel implicatis,
evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri
bello concentioneque ac alijs omnibus, Iuris remedijs et defensis non
subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti
personali Recognitione ac praemissa omnia mediante.

Vniatycki Kopystynskim Coniugibus Donat et Statuet.

Comparens personaliter coram officio castrensi praesenti castrensi Capitaneali Prae-
misliensi Generosus Stanislaus Vniatycki olim Generosi Stanislai Vniatycki Dmi-
trowicz filius, sanus mente et corpore existens, a terris, Districtibus,
Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedens,
praesenti vero castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum
hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus to-
taliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice,
ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haeredi-
taria infrascripta videlicet Quartam agri Sawczynska seu Karczmary-
nowska dictam de tertiam cum parte ad eandem Quartam agri adia-
cente inter metas ex una Nobilis Semion Vniatycki ex altera vero
parte inferius nominandi Donatarij sui, Item nizey Cerkwie Dziesie-
cy, bez dwoch zagonow in loco dicto Zadnia Dąbrowa inter metas ex
una infrascripti Generosi Donatarij, ex altera vero olim Nobilis Theodori Po-
piel Lechowicz in bonis villae Vniatycze Terrae et Districtus praesentis Praemisliensis
iacentia et consistentia cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate et
haereditate, tituloque haereditario, cumque omnibus et singulis, bonorum eo-
rundem vtilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emo-
lumentis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter vniver-
sis, nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis, haereditatis, ac cu-
iusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque succes-
soribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout
eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat ita

Conne